

ARNOLDI

FERRONI BVRDL

GALENSIS, RE-

GII CONSI-

LIARIL,

IN

CONS VET VDINES

BVRDIGALENSIVM

LIBRI II.



*Ita secunda hac editione audi & locupletati  
ut nunc primum editi videantur.*

*ovied*

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

L V G D V N I A P V D S E B.  
G R Y P H I V M,

1540.



# Arnoldus Ferronus

GYLIELMO POGETTO

SUMMO GALLIARVM

CANCELLARIO

SAL.



O S T expiatam ue  
terem uiuendi licen  
tiam, quæ cum ipsis  
crescentis orbis pri  
mordijs mortalium  
animos trahebat se  
cum ad deteriora,  
nulla unquam Gu  
lielme Pogette, san  
ctissimis Philofo  
phiæ nostræ studijs

aptior atque commodior ætas, quam hæc nostra,  
orta est. Etenim qui tum maiorum prudentiam te  
neremus, tum eloquentiam requireremus, felicem  
illam quidem priscarum institutionum memoriam  
recenti diligentia æquare uidebamur. Quem lite  
rarum statum cum esse cumulatissimum iudicaba  
mus, tum excessisse fortunam omnem arbitraba  
mur, quod te olim ea in sapientia clarum ducem,  
nunc uero uel gloriæ istius, uel laudis etiam princi  
pem, atque imperatorem fatum ipsum rebus pro  
pemodum desperatis obtulisset: ut cui sectandam  
sapientiam pridem uirtus magnis operibus persua  
sisset,

A 2 sisset,

CONVENTVS  
DINVM BVRDI,  
GALENSIVM  
COMMEN-  
TARI.



ONSTAT ius, quo utimur, aut ex scripto, aut ex non scripto. I. ius ciuile. §. hoc igitur, ff. de legib. §. constat autem, de fure natura, gent. & ciuil. in Institutio. quod etiam à Platone lib. V 11. de legibus, proditum est. Hæc autem consuetudines potius sunt iuris non scripti, quam scripti; ideo tamen scriptæ, quod minus de eis postea in ciuibus negotijs controversijsq; ambigeretur: non autem ut pro iure scripto haberentur. arg. I. contrahiuit hypotheca, ff. de pignoribus. I. cum te transfigisse. C. de transfa. Neque enim eò nos adiungunt leges, ut ad confirmationem actuum nostrorum requiratur scripture: quin potius eiusdem effectus esse uolunt, quod factum est sine scripture, sicut & quod cum scripture. I. pactum. C. de pact. I. non ideo. C. famili. hercif. nisi scripture pro forma requiratur contractus ex conuentione. I. contractus. C. de fide instrument. nisi de solennitate sit. I. emancipatione. C. eod. tit. nisi in summa in casibus à iure expressis. I. censu. ff. de probat. c. cordi. de appellationib. in V 1. & cæteris, quos longè latetq; recensent Ioā. Andre. D. Geminia. P. Franchus in c. romana. §. postquam autem, de censi, in V 1. & Hippol. Marsilius in repet. titu. de probat. & ideo quantum ad effectum collationis factæ, necessariæ non sunt literæ, cap. institutionis, xxv. questio, q. licet requirantur quantum ad probationem. c. porro, de priuileg. §. deinde, in auten, de mandat princip. qua de re agitur per Panor, in c. nosti, de electio. Felyn. & P. Desciuum in Rubri, eæ de constitutionib. Editæ quoque sunt hæc consuetudines vulgaribus uerbis, quod clariores essent: nam & hæc non modica uirtus est legis, si clara sit, & facilis, c. erit autem, distinct. iiiij. nec immerto Isocrates in oratione ad Nicodē, de regno: Leges (inquit) quæ re prorsum iustas & conducentes, sibijs ipfis consentientes: præterea quæ dubitationes quam minimas, earumq; dissolutiones, quam fieri potest, celerrimas Reipublicæ faciant. Nam hæc omnino legibus bene constitutis adesse conuenit. Difficillima autem est probatio consue-

a tudinis

ARNOLDI<sup>z</sup>

FERRONI IN CON<sup>s</sup>

S V E T V D I N E S

BVRDIGALEN-

S I V M

\*

L I B E R I I .



VIRTVTE DVCE,



C O M I T E F O R T V N A .

L V G D V N I A P V D S E B .

G R Y P H I V M ,

1540.

*iuris legumq; conditarum fons & origo, uitijs in ani-  
 mis hominum corruptela malæ consuetudinis inuale-  
 scientibus sit deprauata, non video quo pacto qui trans-  
 quille atque innocenter sibi uiuere induxerunt, ab im-  
 proborum iniurijs liberari possint: neque adeo ut in-  
 ter ipsos queant improbos conuenire, nisi effrænata bo-  
 rum licentia legibus cohibeatur. Itaque congregatis  
 principio in unum natura duce multis hominibus, moe-  
 nibusq; quibus sua ipsi tuerentur, conditis, cum mali  
 nec coniunctione naturæ, nec ciuitatis societate ac fux-  
 dere ab iniurijs abstinerent, tum demum cognitum est  
 insigne aliquod remedium tantis malis adhibendum esse.  
 Ex quo intelligi par est, extitisse præstantissimos ho-  
 mines recta illa ratione, quam in natura insitam dixi-  
 mus, doctrinæ beneficio præditos, qui ad curam salua-  
 tis publicæ reuocatis ciuibus, hæc mala iam longe la-  
 teq; grassantia esse comprimenda persuasere. His le-  
 ges primum scripserunt, deinde publico consensu tu-  
 lerunt, quæ malos poenæ afficerent, defendenter bonos,  
 communemq; ciuitatis statum tuerentur. Vnde Ius ci-  
 uile ortum duxit, sic quidem appellatum, quod ipsius  
 ciuitatis sit proprium. Quo sublato quid est quo am-  
 plius ciuitas dici debeat incōdita illa ferocientis ex li-  
 bidine populi turba? De cuius utilitate, dignitate,  
 præstantia, hoc tantum in præsentia dicam: Non ma-  
 gis sine eo ciuitatem, quam humanum corpus sine men-  
 te regi ac gubernari posse. Si tamen fatendum est, ut*

A = certe

# LIBER SE- CVNDVS



## DE TESTAMENTIS.



R A E C I P V V M humanæ infirmitatis subsidium est Testamentum: utpote quo cogitationes actusq; nostri eo impleantur tempore, quo domini rerum nostrarum morte esse definimus. Sed id est nimis quod maxime iuuandum est, cum in id tempus conferatur, quo ex alienis iudicijs voluntas nostra dependet: atque ideo non immrito legislatores ex mente ac conjectura plerunq;, quod minus aperte à testatore dictum est, protrahunt. Quo tamen loco etiam atq; etiam uidendum est, ne dum nimium uerba extendimus, mentem ipsam testatoris excludamus: idq; in legatis, fideicommissis, substitutionibus, alijsq; dispositionibus, obseruandum. Oriuntur enim plerunque species, in quibus & uerba ipsa claram dispositionem, & insuper alio eam alia ratione pertrahere videantur: uelut in hac specie, qua testator substituit Sempronium filio, si decederet in ætate pupillari absque prole. Dubitabatur, esset ne hæc substitutione pupillaris tantum, an etiam ultra tempus pupillaris ætatis extenderetur. Ac initio videbatur esse pupillaris tantum substitutione: nam cum substituerit testator, si decederet filius in pupillari ætate absq; prole, & mori filium in pupillari ætate, & sine liberis, in eadem ætate suscepis, uoluisse uidetur. Debuit itaque duplex hæc conditio impleri, per l. si hæredi plures. ff. de condit. instit. l. si is qui. §. utrum. ff. de reb. dub. Nam & certi iuris est, per rationem earum legum sub duplice conditione factam substitutionem utriusque euentum requirere, teste Pontano consilio cxxxij. & consil. cxxxvij. Phil. Decio consil. lxxix. Deinde cum substituerit testator in eum casum, si decederet in pupillari ætate sine prole, non uidetur cogitasse de eo, qui decederet post pupillarem ætatem: atque ideo cum omiserit hunc casum, pro omisso quoque ille habendus est, per rationem l. com modissime. ff. de liber. & posthu. l. si uero. §. de viro. ff. solu. matri. Ac ne cui mirum id videatur, pupillari ætati adiectam prolis conditionem, certè interdum compertū est filios generasse. Accurius in §. j. de nupt. in instit.



# Les Coustumes gene- ralles de la ville de Bourdeaux, Seneschaucee de Guyenne, et pays de Bour- deloys.



*Les quelles coustumes ont este approuuees &  
establies, confermees & par edit perpetuel  
auctorisees par la court de parlement.*

# Proces uerbal.



A N D E G R A C E mil cinq cens vingt,  
 & le septiesme iour de Feburier, A nous Frā-  
 coys de Belyer, conseiller du Roy, et premier  
 president en la court de parlement de Bour-  
 deaulx. De la partie des Maire, Soubzmaire,  
 & Iuratz de ladict e ville & cite de Bourde-  
 aux , nous ont este presentees les lettres pa-  
 tentes du Roy, par lesquelles nous est mande  
 faire lire , publier , & arrester les Coustumes  
 de ladict e ville & cite de Bourdeaulx , & senechauceee de Guyenne, des-  
 quelles la teneur sera cy apres inseree. Et deslors octroyalmes noz let-  
 tres, par uer cu desquelles auons faict appeller , & ont cōparu plusieurs  
 prelatz gens de leglise, nobles, communaultez, & bourgeoys. Et pre-  
 mierement ceulx qui ont comparu de lestat de leglise. Trefreuerend pe-  
 re en Dieu mesme lehan de Foix , Archeuesque de Bourdeaulx , par  
 maistre lehan Symonet son uicaire, & Francoys le Sueur procureur  
 en la court , frere lehan de Larmandie abbe de la selue maieur , frere  
 Aymar Chapt abbe de saint Romain de Blaye par maistre Philip-  
 pes de Maluergne, maistre Frācoys de Chassaignes abbe de saint Sau-  
 veur de Blaye par maistre Estienne Baudu procureur en la court, Mes-  
 sire Gaston de la Marthonie abbe de guytres par maistre Pierre d' Al-  
 bret son procureur , Frere lehan Geneste abbe de labbaye de Feyze,  
 Frere Ythier Bourfault abbe de labbaye de plene selue , Frere lehan  
 Droilhet abbe de Vertueil, Frere lehan du Gua abbe de la Tenailhe,  
 Sebastien Biret abbe de bon lieu, Messire Bertrand de Lestōnar prieur  
 de Belin, Frere Pierre Brun prieur de belle pierre, par maistre Estienne  
 Spinalion procureur en la court, Frere Andre Prilhault prieur de le-  
 glise de Bourg, Frere Iousem dela Caze , & Denis Bessault religieux  
 de Pompriat pour les chanoynes & chapitre de leglise metropolitaine  
 de Bourdeaulx, Maistre Estienne de Maleret chanoyne & archidiacre  
 de Cerues en ladict e eglise, Maistre Raymond de saint Clar, Iehā Di-  
 barrola, Pierre de Bedoret, Pierre de Borde, & Bertrand de Marcillac  
 chanoynes de ladict e eglise, & maistre Pierre Valier aduocat en ladict e  
 court. Pour les chanoynes & chapitre de leglise saint Seurin lez Bour-  
 deaulx, maistre lehan de Dieux ayde, lehan Ferrant, Bertrand de cau-  
 fade, & Raymond Chapt, chanoynes de ladict e eglise. Pour les chanoy-  
 nes et chapitre de leglise collegialle de saint Emylie lefdictz de Dieux  
 ayde doyen, & de Ferrant chanoyne dicelle, Pour les chanoynes et cha-

A A - pitres